



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis**

**Chapeauville, Jean**

**Mogvntiæ, 1612**

46. Quid de illorum qui diuidunt sacrame[n]ta, putà, vno adhibente  
materiam altero formam?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

120 DE NECES. ET MOD. MINIST.  
ponem sequitur absolutio, quæ tamen facit  
ynum sacramentum secundum omnes, &  
vſus quotidianus testatur; & in matrimo-  
nio, quod fit inter absentes, inter vtramq;  
partem potest intercedere aliqua mora, ut  
manifestum est.

Dices: Requiriturne eadem & æqualis  
coniunctio materiæ & formæ in omnibus  
sacramentis?

R. Minimè; sed pro ratione & natura sa-  
cramentorum debet esse maior vel minor: ma-  
ior in baptismo, confirmatione, extrema  
unctione, ordine: minor in reliquis, ut nos  
in singulis sacramentis particulatim ostendimus.

#### Q V A E S T I O XLVI.

Quid de illorum, qui diuidunt Sacra-  
menta, putan-  
do adhibente materiam, alte-  
ro formam,

#### Quæstionis explicatio.

**M**agnum leuamen pastorum esset, si  
ad evitandum contagionis periculum  
uti possent ministro coadiutore, qui pser-  
tim materiam peste infecto applicaret, ipsis  
alio longe formam recitantibus: idcirco que-  
ritur generatim, an modus ministrandi sa-  
cramenta cum huiusmodi diuisione possit  
admitti & tolerari?

*Responsio:*

## Reſponſio.

**N**eque hic modus permitti & tolerari debet, niſi in caſu, quo nulla ratione aliter sacramentum ministrari poſſit, quāuis in ſacramento pœnitentiæ & matrimoniū aliquid ſingulare reperiatur, de quo ſu-  
is locis agemus,

Prior pars p̄ ex uſu communi ecclesiæ, nunquam enim viſum vel auditum fuit in ecclesia ſacra menta aliter ministrari, quam vno & eodem ministro applicante materiam, & ſuper applicationem ſuam proferente formam; communis autem uſus ecclesiæ ſatis indicat illam fuiffē Christi Instituto-ris mentem, vt illa ſacra menta eo modo & non alio ministrarētur: p̄ idem ex formis i pſorum ſacramentorum, nam baptizan- do minister dicit, Ego baptizo te: confirmā do, Ego te confirmo chrifmate ſalutis, & inungendo infirmum dicit per iſtam vnci- onem: Ex illis enim ſatis patet, & applica- tionem materiæ & prolationem formæ ab vno & eodem ministro fieri debere,

Altera p̄t: quia (a) non defunt Docto- <sup>a Marf. in 4.</sup>  
res magni nominis, qui afferant, eo modo <sup>q. 4. ar. 8. du.</sup>  
in neceſſitate ſacra menta ministrari poſſe: <sup>II.</sup> <sup>Caiet. in 3.</sup>  
ſtante ergo huiusmodi dubio, quamdiu ni- <sup>D. Th. q. 67</sup>  
hile ea re ab Ecclesia definitū eſt, preſtat <sup>art. 6.</sup>

H 5 in ne-

in necessitate, hoc modo sacramētum probabile ministrare, quam nullum.

Dices: Possetne quoque tolerari in necessitate, ut uno applicante materiam & proferente formam saltem ex parte alter suppleat?

R<sup>e</sup>. Eodem modo de hoc casu dicendum videtur, quo diximus in priore.

### Q V A E S T I O X L V I I .

*Quid de illorum qui nullis in ministratione sacramentorum ceremoniis vtuntur?*

Quæstionis explicatio.

**H**Ac tenuis ostendimus quid censeri debet de modis ministrandi illorum, qui circa materiam & formam, vel eorum applicationem peccare videntur. Consequenter dicendum est, quid statui debeat, de iis qui peccare videntur circa illorum ceremonias, sicut enim tempore grassantis pestis super illis quæstiones sæpe moueri solent, ita & frequentius super istis ex eo persertim quod cæremoniæ non sint ad sacramenti substantiam necessariae. Huius occasione primo quæritur, quid dicendum de modo ministrandi illorum qui ad vitandum contagionis periculum, nullas ceremonias in sacramentorum administratione adhibere curant?

Respon-